



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

8. Quae personae ratione Sacramenti ab accusationis officio arceantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Alii dicunt quod nec pupillus, nec minor 25. annis accusare potest de publico crimine, nisi prosequatur injuriam suam, quia non est maior ratio de crimine adulterii & quolibet alio. Sed disparitas fortè adferri posset, quod in adulterio transactio intervenire non possit ut *L. transigere. ff. de transact.* Ut ut sit in testem tamen non admitteretur minor 25. annis in causa criminali, propter lubricum sui consilii ut *L. testium. §. lege Iulia. ff. de testibus.*

8. Tertia causa desumitur ex ratione Sacramenti; ob quam milites stipendiati accusare non nisi suas suorumq; injurias prosequantur, possunt. ita *L. non prohibentur. C. qui accus: non poss.* Cuius ratio est, ne propter huiusmodi accusationes, à suis signis avocentur ut arg. *C. loca. & conduc. L. ultim.* In duobus tamen aut tribus casibus admitti solent. 1. in crimine læsæ Majestatis per *C. ad L. Iul: Maj: L. nullus.* 2. pro annonâ fraudata, nam cum pro pace excubent potiùs, sunt ad hanc accusationem admittendi quam alii: ut *L. mulierem. ff. de accus.*

9. Quarta causa est, ratione summi
Ma-